



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium**

**Bisling, Anselm**

**[Einsiedeln], 1682**

Considerationes antemeridianæ: ex eodem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

& tempore existimare, se jam iam  
mendo nimis iudicio Dei praesentandi  
abripi? O IESU mi Domine, me  
misco tanquam reus, culpam rubeo  
tus meus, supplicanti parce Deus

CONSIDERATIO I. ANTI  
MERIDIANA.

De frequenti memoria Mor  
tis.

Gerf. l. 1.  
c. 23.

**V**alde cito erit tecum hic factum,  
aliter, quomodo te habeas. Homo  
mo est, cras non comparet, sic ergo  
omni facto & cogitatu deberes tenere  
hodie, vel statim esses moriturus. Beatus  
horam mortis suae semper ante oculos  
& ad moriendum quotidie se disponit.  
mane fuerit, puta te ad vesperum non  
venturum. Vespere autem facto, mane  
audeas polliceri.

CONSID. II.

De sedula preparatione ad  
Mortem.

ib. n. 4.

**Q**uam felix & prudens, qui talis  
nitiur esse in vita, qualis optat  
niri in morte! Dabit namque magnam  
ciam feliciter moriendi perfectus contentus  
mundi, fervens desiderium in virtutibus  
ficiendi, amor disciplinae, labor penitentiae

promptitudo obedientiae, abnegatio sui, & supportatio cujuslibet adversitatis pro amore Christi.

CONSID. III.

De praevisione, & timore futuri judicij.

Miserrime, & insipiens peccator! qualiter ante districtum stabis Iudicem, cui nihil est occultum, qui muneribus non placatur, nec excusationes recipit? quid respondebis Deo omnia mala tua scienti? Ut quid non praevides tibi in die judicij, quando nemo poterit per alium excusari, vel defendi; sed unusquisque sufficiens onus erit sibi ipsi? Igitur time judicium Dei, & expavesce iram Omnipotentis.

Idem c. 24. 1. Idem l. 3. c. 4. 4.

DIGRESSIO VI.

De rigore Judicij Discussionis contra Personas Deo sacras; & horrore judicij Reprobationis contra praescitos post mortem secuturi.

THEOPHOBVS.

(i.)

Ille quondam aetate, vitae austeritate & miraculis prodigiosus Anachoreta

Abb. Elias tria timuit;

I cen-